

È Brasilia. Otto.

C. aspera Thunb. proxima, sed folia pinnata, pinnis dentatis. *Senecio lycopifolius* Desf. Poir. (*enc. suppl.* 5. 131.) caule tomentoso differt et foliis inciso - pinnatifidis, calycibus etiam calyculatis. Flores nostrae plantae lutei.

e. *Cichoreae.*

79. *Sonchus occidentalis.* *

S. pedunculis bracteosis calycibusque glabris, foliis lanceolatis inciso - serratis subsessilibus.

Ex insulis Antigua, Dominica, Guadalupa.

S. agrestis Sw. simillimus, sed huius pedunculi tomentosi. Noster glabros habet, bracteis linearibus. *Folia* glabra, digitalia, lanceolata, inciso - serrata.

LIX. RUBIACEAE.

80. *Exostemma capitatum.* *

E. floribus capitatis, foliis ovatis coriaceis glabris.

In Perrini collectione, unde Hosackus et Torreyus largiti sunt. Ex America forte meridionali.

Mancum habeo exemplar, cuius flores in capitulum sunt congesti. *Calyx* minimus quinquedentatus. *Corolla* tubulosa, tubo sesquipollicari striato, limbo quinquefido, laciniis linearibus angustissimis revolutis. *Filamenta* cum tubo concreta ex-